



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lvgdvni, 1659**

VII. De Censuræ effectibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

*Examen I. De Censuris in communi.* 467

qua & in iudicio probata, etiam si vera non sit, absolute valida censenda est, & aliquos effectus inducit. Probabile tamen iudico non esse intentionem Ecclesiae innocentem spiritualibus bonis priuare, neque temporalibus, nisi quatenus ad externam censuram obedientiam necesse sit.

35. *Quid de innocentia excusatione dicendum?* Qui certus est, le lethaliter hac in causa non deliquisse à censura propter tam lata excusabitur; quia grauis censura pro veniali culpa lata vires non exerit.

36. *De impotentia quidnam?* Impotentia quidem saltem in conscientia excusat. Porro si cum in excommunicationem incidit, erat potens, per superuenientem potentiam non liberatur. Si autem impotens ex malitia, & si probabile sit excusari, probabilius tamen, quod non excuset in censuram incursum. Cæterum ad tempus excusatus, si deinde habeat, unde soluat totum, aut partem debiti, tenetur; alias reincident in censuram, modò nihil ex parte iudicis desit.

37. *Quid autem de ignorantia excusatione adiicies?* Si invincibilis sit ignorantia siue facti, siue iuris, siue antecedens, siue comitans, siue legis cui censura adiuncta est, siue ipsius censuræ tantum adiunctæ non legis, quæcumque lex sit, Pontificia, vel Episcopalis, semper excusat. Si vincibilis, & in lege contineatur particula requiriens scientiam excusabit, modo affectata non sit; secus si nulla adscit partcula scientiarum exigens: tunc enim neque si crassa, aut supina sit, excusationem afferet; quod quidem de ignorantia vincibili mortaliter intelligendum est, non de ea, quæ venialiter tantum vincibilis esset: hæc enim siue facti, siue iuris esset, excusat.

38. *Quando metus excusat?* Si talis sit, ut excusat à culpa, etiam acensura excusabit.

39. *Quid denique de necessitate?* Eodem modo necessitas si à peccate mortali in lege humana excusat etiam excusationem afferet à censura.

---

C A P V T VII.

*De Censuræ effectibus.*

40. *Quid sunt effectus Censuræ?* Quidam sunt proximi & immediati, quidam accidentales.

41. *De proximis, ac immediatis effectibus differe.* Generaliter

G g 2

est

468 *Moralis Theologia Tract. IV. Censure*,  
est censuræ effectus priuatio bonorum spiritualium, & ter-  
poralium quidem quatenus iis adnexa sunt. Sacramenta  
communia suffragia, & cum fidelibus communicatio. Ho-  
rum priuatio statim ac censura incurrit, consequitur  
iusta est, sed valida censura. Etiam eos effectus secum affert  
*Est occulta.* Etiam occulta sit qui censura est effectus, hinc  
bonis priuatur. Atramen non eodem modo se habet res-  
ta aliorum, qui quidem cum eo agere possunt.

42. *Exprime effectus accidentales.* Generatim quinque  
effectus accidentaliter consequentes censuram adseruntur.  
Primus est culpa, & quidem mortalis, si is, qui censura mali-  
neratus sit, aliquid agat eorum, quæ principaliter prohibe-  
tur. Secundus, irregularitas, si diuina celebrentur, vel aliqui  
actus ordinis ex officio exerceantur. Tertius, irriti quan-  
actus, vt sententia à denunciatio. Quartus, pœnae aliquippe  
iure incurriendæ. Quintus denique pœnae aliae inferen-  
tia censuræ.

43. *Sunt ne effectus perpetui?* Minime, sed tandem per-  
manent, donec, recedente contumacia, per absolutionem à cen-  
sura auferantur.

44. *Possunt ne hi effectus à censurato impediri?* Effectus in  
mediati non possunt; necessarij enim sunt censuræ coniuncti.  
Accidentales autem, qui in libera censurati voluntate im-  
positi, si à prohibitis abstineat, possunt impediri, modo ut  
effectum eorum, peccatum scilicet excipiatur, quod censura  
necessariò præcedit, licet ante absolutionem censura vix  
allegari.

45. *Possunt ne per dispensationem hi omnes effectus sa-  
vi?* Possunt à Summo quidem Pontifice, non autem à Patri-  
ris inferioribus.

## CAPUT VIII.

### *De absolutione à Censura.*

46. *Est ne absolutione necessaria ad Censura ablationem?* In  
planè; nec enim satis est mors authoris, ne peniten-  
tia rei, nec satisfactio.

*paratus* 47. *Quisnam à Censura iuris nemini reseruata solvit. Episcopus,* & quicumque à mortalibus absoluit.

48. *Et à reserua: a quisnam?* Is solus potest solueret qui  
vel author censuræ est, vel ab eo delegatus.

49. *Potest*